UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Syntaxis Joa[n]nis Despauterij Niniuit[a]e Berga[rum] diui Guinnoci ludimagistri

**Spauter, Johannes de**

**Argentorati, Anno, M. D. XV.**

Exceptiones. Quod rogat atq[ue] refert, & habet quod uim refere[n]tis, Vt quod uerba petit semper duo, du[m], quia, donec, Atq[ue] negans præeat, sic præcedens referenti Præponi debet. caueras rogo ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-70853

Visual Library

ire &c. Prepoſitio preponitur in reſolutione, licet in conſtructione poſtponatur necessario, ten⁹, uerſus q̃cq;, et aliquãdo uſq;, ut patuit Quando dico a uocatiuo incipit conſtructio, intelligitur ſi ſit uocatiuus. Siquid ṽo ſubaudiaẽ debet ſuppleri.

## Si quid ſit tacite poſitũ ſupplere iubebo.

Vt miſeram me uereor, ſubauditur heu uel o. hirundines uere ineũte redeunt in ſuũ priſtinũ unaquęq; nidũ immigrantes, offendi parentes ſuo utrũq; morbo affectos, ſic intellige, hirundines uere ineũte redeunt immigrantes in nidos priſtinos unaquæq; in ſuum ſupple immigrans. Offendi parentes morbo affectos utrũq; ſuo affectũ morbo, hic nota ſcd'm Vallam. ca. clx. lib. iij. Quiſq;, unuſquiſq;, & uterq; ſolent poni eleganter in oratione poſt ſui & ſe, ſed ante ſubſtãtiuum ipſius ſuum, ita ut diſcrepent cum adiectiuo ſequenti expreſſo, ſed concordent cũ ſubaudito, in qua re ſeruandus eſt aptus ſitus. Virgi. Dant ſonitum ſpumoſi amnes & in ęquora uertunt Quiſq; ſuum populatus iter, & pauloPoſt. Pro ſe quiſq; uiri, ſumma nituntur opum ui. Sine ſui & ſe bene dixit Quintilia. Cõmendo tibi ſenẽ quem fecimus uterq; mendicũ, nec recte dicas cõmendo tibi ſenem, quẽ nos filij alleuare debemus, uterq; mendicũ faciẽtes. uel ſic, quẽ nos uterq; captiui mendicũ facimus more poetico. ut apud Ouidi. Vtraq; formoſæ me iudice ſunt uenerandæ. & apud Horati. Legati magnis miſſi de rebus uterq;, quod apud oratores non reperitur ſicut nec illud quidem. licet Auli. Geli. utatur. qualis apud Terentiũ. Quod plæriq; omnes faciunt adoleſcentuli, quod quidã exponunt pro eo quod eſt plęriq; omniũ. quidam pro eo quod oẽs, hæc ex Valla. & in illum Badius. Item hębrei ſunt & ego, alter alterius onera portate. fac ut ego, pluribus exemplis utile eſſet omnia hic modo dicta elucidare, at ſuperſedeo.

## Exceptiones.

Quod rogat atq; refert, & habet quod uim referẽtis,
Vt quod uerba petit ſemper duo, dũ, quia, donec,
Atq; negans præeat, ſic præcedens referenti
Præponi debet. caueas rogo lædere uerum.

Sunt a dictis regulis aliquot exceptiones quæ impedimenta conſtructionis uocant Alexandrini. Prima exceptio eſt dictio interrogatiua in reſolutione præcedit, ut quo impulſore auſus es tantũ facinus perpetrare? ubi eſt Petrus? qua itur Gandauum? quem ui-

diſtis paſtores: quali ueſte fuit indutus: In hymno. Cuius forti potētentię genu curuant̃ oĩa. In euãgelio. Cuius nõ ſum ego dignus ſoluere corrigiã calciamẽti eius, & quoniã ut dictum eſt, dictio recta a tergo cõtinuo poſtponit̃ regenti, ideo interrogatim appendix ipm̃ continuo ſequit̃, ut cuius corrigiã calceamẽti eius, ego non ſum dignus ſoluere. Hęc eſt recta reſolutio ꝓ regulis noſtris. Quẽ tędet uitĳ, hic nõ eſt ntũs, ideo eſt cõſtructio aſymbamatica. Symbama atis. id eſt cõgruitas. Paraſymbama. i. pene cõgruitas. a ſymbama. i. incõgruitas, non ꝙ ĳs orationibus uti non poſſimus, ſed quia nõ omnino ſint proprie. nam etiã ſcd'm Ariſtotelẽ obliquus non eſt nomen nec impſonale proprie uerbũ, ideo ex his oratio dicitur iure aſymbama, ſcribuntur hę dictiones ſine ſ poſt ba. De his lib. xviĳ. Priſcia. ſic ait. Et ſciendũ ꝙ has quidẽ cõſtructiones quę per ntm̃ abſoluunt̃ ſtoici axiamata uel ſymbamata. i. dignitates uel congruitates uocabant, ut ego Priſcianus ſcribo. Apollonius ambulat. Cato philoſophatur. Illas ỽo quibus tranſitiones ab alia ad aliã fiunt perſonã, in quibus neceſſe eſt cum ntõ & obliquũ aliquẽ caſum proferri paraſymbamata dicebant, hoc eſt minus ꝙ̃ cõgruitates, ut Cicero patriã ſeruauit. Quãdo ỽo ex duobus obliquis cõſtructio fit aſymbamata id eſt incongruitates dicebant, ut placet mihi uenire ad te, hęc Priſci. quæ hic obiter poſuimus, quia fuerãt uſq; inculcanda. Quis interrogat ſemper, niſi fuerit datiui caſus, qui ſemper refert niſi ſit plural̃ numeri. tum facit utrũq;. horũ cõpoſita patẽt capite quarto operis noſtri. quę uocaris, quod uocat̃, ut quis uocat̃, non quõ, dices. Secunda exceptio relatiuũ a q litera incipiẽs uel a c pręcedit dictionẽ a qua regitur. Virgi. O terq; quaterq; beati Quis ante ora patrum troię ſub mœnibus altis Contigit oppetere. Dixi a q & c incipiens, ut qualis, qui, cuius &c̃, ꝑpter is, ipſe, ille, ſui, ſuus, quia nõ cogũtur hæc pręcedere. Cice. pro Marcello. Multi dubitãt quid optimũ eſſet multi quid ſibi expediret. Idem pro Ligario. Legatus in pace, profectus in prouincia pacatiſſima ita ſe geſſit, ut ei pacem eſſe expediret, potuiſſet hic dicere ſibi, nam is pro ſui, ſibi &c̃. melius ponit̃ ꝙ̃ contra, uerũ utut eſt, ſeruemus pręcepta a nobis pauloante poſita.

Tertia exceptio. dictiones uim relatiuã habẽtes, ut quę pro orationis perfectione unico uerbo contẽta nõ ſunt, in reſolutione grammatica pręcedent. Sunt autẽ alia aduerbia ordinis deinde, deinceps, & ſimilitudinis, ut ſicut, ſicuti, ut, uti, uelut, ueluti, & quædã tẽporis dum, quũ, qñ, Item quia, qm̃, quippe, donec, poſtq;, licet, ꝙ̃uis, & id genus plurima. dum poſtpoſitũ in compoſitiõe ſignificat adhuc, ut nondũ, nihildũ, uixdũ, aliquãdo eſt mera ſyllabica adiectio, ut adeſ-

dum.& ſic ad Comicos pertinet. Quarta exceptio. dictio negatiua debet precedere, ut neutiq; faciã, neminẽ uideo, nullũ elephantũ cognoſco. Signũ, negatiuũ poteſt ſi opus fuerit reſolui in aduerbiũ negandi, & in ſignũ affirmatiuũ, ut nullũ filiũ ſuus pater debet odio habere.i.non ullũ filiũ &c̃. Nunq;.i.nõ unq; &c̃.ſed raro aut nunq; opus eſt hac reſolutione, niſi in logicorũ nugis. Quinta exceptio Relatiuũ neceſſario poſtponit antecedẽti, licet hoc rectũ, illud fuerit obliquũ, ut Ciceronis indiget ſuus filius. Ciceronẽ diligit ſuus filius Defendite cæſarem o ſui milites. a Cicerone diligit̃ ſuus filius. Piget Ciceronis ſuũ filiũ. Rumor eſt cæſari inſidiari ſuos familiares, fratris iam pigere incipit uxorem ſuã. huius ſimile eſt illud Quintiliani in milite mariano. Nec ſi ſit uitę cupidiſſimus pœnitere eũ ſui facti poteſt, Pythagorã uenerabãtur diſcipuli ſui, nõ licet hic dicere eius, qa ad unicũ nomẽ poteſt eſſe reſpectus. at ſi dixeris. Ioãnes rogauit Petrum ut mittat ſibi ſeruũ ſuũ, poteſt hic dici eius propter geminũ reſpectũ, & etiã propter ambiguũ ſenſum uitandũ. Martia. Et ſua riſerunt ſęcula Męoniden, ſua quęq; delectant, trahit ſua quemq; uoluptas. Sene. Sępe in magiſtrũ ſcelera redierũt ſua. Valla reſoluit in eũ ſic, ſcelera magiſtri ſępe redierũt in eũ, uel ipſum uel illũ. Viuite fœlices, quibus eſt fortuna peracta, iam ſua pro ueſtra poſuit. quod nõ imitabimur. nam pro propria capi nõ põt. ut docet Valla. Suus em̃ ſic captũ naturã tertię perſonę nõ mutat. nemo em̃ ſic loquat̃, eſt mihi aut eſt tibi ſuus ſcribẽdi mos. nam in illo huius eiuſdẽ poetę uerſu. Quiſq; ſuos patimur manes non refertur id ſuos ad primã pſonam, quia reſoluẽda eſt oratio, nos patimur manes .ſ. quiſq; noſtrũ ſuos, cuiuſmodi paſſim reperiũtur exempla, ut quũ in bybliotheca nos ad ſuũ quiſq; ſtudiũ libros euolueremus, Nempe quum libros euolueremus, & ad ſuũ quiſq; ſtudiũ euolueret, non eſt autem huic Virgiliano de quo diſputauim⁹ Ouidianũ illud ſimile. Reſpice Laertem, ut iam ſua lumina condas. ubi nõ nihil rationis eſt q̊d utrũq; uerbũ eidẽ ſeruit ſuppoſito. Hæc Valla. Virgi .æneí.i. En priamus ſunt hic etiã ſua premia laudi. ſic ordina, laudi ſunt ſua premia, id eſt laus habet ſua p̃mia, quia reciprocatio eſt ad laudẽ, non ad Priamũ hoc & multis ſĩlibus in errorẽ ducti ſunt plurimi, ſed incauti, ut docet Valla. Sexta exceptio, ſi noſtratiũ dialecticorũ regulas ſeruare uelis, ſępe cõtra regulas orõnis partes ordinabis, ſecus q̧ fecerit ueritatẽ, falſitatẽue, plęrũq; uiolare cenſebit̃, ut cuiq; homini eſt aĩa. Leo omni hoĩe eſt fortior. Petrũ monachũ uidi, elephãtẽ cognoſco &c̃. Zenderus & alĳ triuiales dicũt, gtm̃ in diuiſione debere pręire, ut ſonorũ alius uox, alius non uox, id mihi non placet, quia ſic ordino,

alius ſonorũ.i.aliquis eſt uox,alius. non uox &c̃.Si ex themate flan
drino uis,aut ex quo uis uernaculo effingere orationẽ latinã,nõ qc
quid illic dicitur.hic poſſe dici credas.uerbi gratia uernaculũ ſonat
q̃uis ita eſt ꝙ tu percutis me,nõ emẽdabo me.hoc tamẽ ſic turpiter
dicit̃,ſed debet dici q̃uis me percutis &c̃.Item contra ſi latinitatẽ uis
uertere in aliã linguã,non debes ſingula uerba curare,ut ſenibus da
re uerba eſt difficile,uelim animũ inducas &c̃.ſed hęc alijs relinquo
Abſoluẽda eſt paucis oratoria cõſtructio, & de epiſtolis paululum
quid dicendum.

## Oratoria conſtructio.

**Conſtruit orator proprie,quę deſtruit ipſe**
**Grãmaticus,quibus eſt ferme contrarius ordo.**

Orator proprie conſtruit partes orationis elegãter cõponẽs,grãma
ticus autẽ deſtruit orationẽ cõcinne,politeq; conſtructã,ut a pueris
intelligat̃ reſoluens.Nũc igit̃ de oratoria cõſtructione pauxillula de
guſtare fert animus,quę puerulis ſufficere poterũt quibus ſane intel
lectis,aliorũ pręcepta per ſe non multo labore cõſequẽtur .Et iam q̃
ad elegantiã pertinẽt docuimus plurima, proinde cum pauciſſimis
abſoluã.Oratorẽ uarietas plurimũ delectat,igit̃ pręceptorũ modo
ſubijciẽdorũ eſt perpetuũ obſeruandũ,ſynonymorũ etiã notitia ad
uarietatẽ non parũ prodeſt,ut honoro & afficio honore &c̃. Vo-
catiuus gaudet ſibi aliquid pręponi,ut non te lateat mi Ioannes. Ci-
ce.Q̃ꝗ te Marce Tulli &c̃.poeta ponit etiã in capite,ſed inter ipſum
& uerbũ pulchre interijcit̃ parentheſis. Virgi. Tityre dũ redeo (bre-
uis eſt uia)paſce capellas. Parẽtheſis eſt interpoſitio ſentẽtię q̃ abla
ta ſenſus manet ꝑfectus,ut hæc orõ (breuis eſt uia)eſt parentheſis,&
claudit̃ duabus ſemilunulis ſic ( ) Nomẽ a cognomine caue ſepa-
res,quia uitãda eſt in primis turpis traiectio,ueluti literas o Cicero
tuas recepi Tulli.In id primũ ſtudeam⁹ ,ne dum ornate ſcribere cu-
pimus,in uitia incidamus,qa ut ait pręclare Perſius. Nullo thure li-
tabis Hęreat in ſtultis breuis,ut ſemũcia recti. Hęc miſcere nefas. Er-
go ſi ut epiſcopo placeas,loquaris uni pluraliter,licet cętera Cicero
nianus fueris,totũ erit barbarũ.uitãdus nãq; eſt aſper uocaliũ,& ea
rundẽ ſyllabarũ cõcurſus, ac ſermonis ambiguitas,eſt tamẽ ubi de-
cet uocaliũ concurſus,ut aľs docebo. Particulę quũ,quia,dũ &c̃.
non impatiẽter quippiã ſequũtur. Teren.Omnes quũ ualemus,re-
cta ęgrotis conſilia damus. Adiectiuum ſubſtantiuo interim uenu
ſte p̃ponit̃.ut magna dei clementia,peruerſum Neronis ingenium,
mea ſolius opera. Mãci.dicit ipm ꝓnomẽ poſtponi, ego cũ alijs cre-